



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCL. Anna, verwittwe Markgräfin von Brandenburg, trennt die Kirche zu
Steinbach von der Parochie Schmalkalden, am 24. October 1308.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

manorum eligendo Extra vero numerum predictarum personarum non eligemus, nisi concurrentibus votis comitum Palatinorum atque nostris. Sane est adjectum et juramento firmatum, quod si aliquem nostrorum Marchionum predictorum, vel alium ad nostram promotionem in Regem Romanorum eligi contingat, prefatis comitibus Palatinis in suo jure assistet et ipsi nobis vice versa et ipsorum contra omnes homines erit in perpetuo coadjutor. Est etiam promissum et juramento firmatum, quod si aliquem ex Marchionibus predictis vel alium ad eorum promotionem in Regem eligi contigerit, quod predictis Palatinis conferet omnia bona sua, et eos in eisdem manutenebit et defendet et predictos Comites Palatinos in possessione omnium bonorum, que genitor eorum possedit, et in ea possessione, sicut tempore clare memorie quondam Rudolphi Romanorum Regis possederunt, non molestabit neque turbabit. De expensis vero, que contemplatione electionis facte fuerunt, ad arbitrium Venerabilis Principis Domini Johannis Episcopi Argentinensis et nostri Berchtholdi Comitis de Henneberch satisfiet. Ad confinia vero Imperii et predictorum Comitum Officiales pacifici juxta arbitrium Argentinensis Episcopi et Berchtholdi Comitis de Henneberch locabuntur. Est etiam juratum, quod nec illustribus Principibus Ottoni et Stephano Ducibus Bavarie nec nobili viro Eberhardo Comiti de Wirtenberg predicti Marchiones, si quem ex eis in Regem eligi contingat, adhibebit, vel aliquo genere copulationis et unionis unietur. Promissimus porro et juramento firmavimus, quod illustribus Principibus Frederico et fratribus suis Ducibus Austrie omnia eorum bona et dominia, sicut ea tempore clare memorie illustris quondam Domini Alberti genitoris eorum, possederunt, conferet, et eos in eisdem manutenebit et defendet. Harum testimonio litterarum nostrorum sigillorum robore munitarum. Datum in Popardia, Anno Domini M^o. CCC^o. VIII, feria sexta ante Simonis et Jude Apostolorum.

Königs Reichs-Archiv Contin. II. Part. gen. p. 194, imgl. Part. spec. Cont. II., Bf. II. S. 3 u. 4. Dessens Cod. jur. gent. diplom. I, 50. Buchholz Gesch. d. Ehurm. IV. 163. Gerckens fragm. I, 463. Lenz, Becmann. enucleat. p. 276. Der Ritter Konrad ist zwar in allen Abdrücken dieser in der Urschrift nicht aufgefundenen Urkunde de Riede, Rieda und Rieder genannt; dennoch ist schwerlich ein Anderer darunter verstanden, als der damals sehr oft am markgräflichen Hofe auftretende Rath, Ritter Konrad von Redern. Alle frühern Abdrücke der Urkunde sind überhaupt voll Fehlern.

CCCL. Anna, verwittwete Markgräfin von Brandenburg, trennt die Kirche zu Steinbach von der Pfarochie Schmalkalden, am 24. October 1308.

In nomine domini amen. Oblivio sepe injuriatur memorie et ex longinquitare temporis sepe fit, quod res clara reddatur obscura futuris. Hinc est, quod nos Anna, dei gratia quondam Brandenburgensis et Lusacie marchionissa dominaque de Hinnenberg, cappellam Sancte Marie in Steinbach, herbipolensis dyocesis, filiam parrochie in Smalkalden, ejus jus patronatus ex donacione illustris principis Hermannii Marchionis, thori nostri confortis, nomine justi et veri dotalicii ad nos dinoscitur pertinere, de maturo consilio et deliberacione provida, consenciente Bernardo, rectore parrochialis ecclesie ibi-

dem in Smalkaldem, et expresse renunciante juri restitutionis in integrum, quod eidem, quia minor annis, competere possit, propter cultum divinum ampliandum, ab eadem parrochia in Smalkalden exemimus et eximimus in hiis scriptis, salvo jure dyocesani. In evidenciam hujus excempcionis presens scriptum dari iussimus, nostro sigillo sigillatum. Datum anno domini M^o. CCC^o. VIII^o. nona Kal. Novembr.

Nach Schultes, Dipl. Gesch. v. Henneberg I, 176.

CCCLI. Decret der Churfürsten über die Wahl Königs Heinrichs VII., vom Markgrafen Waldemar für sich und als Stellvertreter des Markgrafen Otto von Brandenburg, so wie der Herzöge Johann und Erich von Sachsen, mit ausgestellt, vom 27. November 1308.

Sanctissimo in Christo Patri ac Domino suo, Domino Clementi quinto sacrosancte Romane Ecclesie summo Pontifici, Baldewinus Dei gratia Trevirorum Archiepiscopus sacri imperii per regnum Arelatense Archi-Cancellarius, nec non Rodolphus eadem gratia Comes Palatinus Rheni, Bavarie, et Rodolphus Saxonie Duces, ac Waldemarus Marchio Brandenburgensis, ad quos jus una cum venerabilibus patribus Coloniensi et Maguntinenli Archiepiscopis [eligendi] Romanorum Regem in Imperatorem promovendum dignoscitur pertinere, devotissima pedum oscula beatorum. Vacante nuperrime, videlicet anno Domini millesimo trecentesimo octavo, ipsa die beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum, per obitum clare memorie Domini Alberti, quondam Romanorum Regis, Romano Imperio; et nobis una cum dictis Dominis Henrico Coloniensi et Petro Maguntinenli Archiepiscopis, nostris Coelectoribus, pro futuri Regis substitutione postmodum convenientibus in diem electionis, videlicet quartam feriam ante festum beati Andree Apostoli, que est vicefima septima dies mensis Novembris; concordavimus et communiter ipsam diem prefiximus ad electionem hujusmodi celebrandam. Qua die in oppido Frankenvord, loco quidem ad hoc solito et consveto, nobis omnibus, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt electioni celebrande commode interesse, iterum convenientibus et ibidem presentibus, deliberatione provida prehabita ad procedendum in electionis negotio prelibato; ego Balduinus Treverensis Archiepiscopus predictus in scriptis legi monitionem et protestationem quandam vice mea et omnium jus in ipsa electione habentium, monendo omnes excommunicatos, suspensos ac etiam interdictos, nec non quoscunque alios, siqui forent forsitan inter eos, qui de jure vel consvetudine interesse in ipsius electionis negotio non deberent, quod a tractatibus electionis celebrande et ab eadem electione recederent, me et alios libere eligere permittentes, protestans, quod non esset mea vel aliorum intentio tales admittere tanquam jus in electione habentes aut procedere vel eligere cum eisdem, immo volui, quod Voces talium, si qui reperirentur postmodum interfuisse, nulli prestant suffragium nec alicui asserant nocumentum, et prorsus pro non receptis sive pro non habitis habeantur. Quam protestationem nos omnes et singuli alii nostri Coelectores ratam et gratam habentes et acceptantes confirmimus in eandem. Et demum post Tractatus prehabitoq, consideratis sollicito et diligenter